

4142 basis extracta ex theatro Ostiensi una cum n. 4140.

M · IVNIO · M · F · PAL  
FAVSTO  
DECVRIONI · ADLECTO  
FLAMINI · DIVI · TITI · DVVMVIRO  
5 MERCATORI · FRVMENTARIO  
Q · AERARI · FLAMINI · ROMAE  
ET · AVG · PATRONO · CORP  
CVRATORVM · NAVIVM · MARINARUM  
DOMINI · NAVIVM · AFRARVM  
10 VNIVERSARVM IT EM  
SARDORVM  
L · D · D · D · P

in latere:  
d e d i c . XII KAL · OCTOBRES  
seuero ii eT · POMPEIANO II CO<sub>s</sub>  
cura a GENTIBVS · P · AVFIDIO  
O M CLODIO FORTVNA  
5 tiano p DENTE L TADIO FEL  
!!!!!! XV  
a. p. C. 173

4143 basis extracta ex theatro Ostiensi una cum n. 4140.

SEX · PVBLICIO  
SEX · FIL · COLL  
M A I O R I  
EQVO · PVBLICO · EXORNATO  
5 ni DECVRIO

Lanciani *notizie degli scavi* 1886 p. 57; Borsari *Mith.* 1 p. 199. Idem exemplum est.

4144 basis extracta ex theatro Ostiensi éodem tempore quo n. 4140.

C · VETVRIO · C · F · TESTIO  
AMANDO  
E · Q · R · PATRONO · ET  
DEFENSORI · V · CORPORVM  
5 LENVNCLARIOR · OSTIENS  
sic VNIVERSI · NAVIGIARI · CORPOR  
QVINQVE · OB INSIGNEM EIVS  
INDEfENDIS · SE · E · IN TVNDIS  
EXIMIAM · DILIGENTIAM · DIGNISSIMO  
10 aTQVE · ABSTINENTISSIMO · VIRO  
OB MERITA · EIVS ·  
quinQ CORPORIS · SPLENDEDISSIMI · CODICA ·  
L · D · D · D · P ·

in latere:  
DED ..... annio largo  
PRAstina messalino CO<sub>s</sub> a. 147

Lanciani *notizie degli scavi* 1886 p. 56; Borsari *Mith.* 1 p. 197; recognovit Hirschfeld. Inscriptio lateris est iam supra n. 458.

Vetvrio Amando defensori (*quinque corporum lenunculariorum Ostiensium*) titulum hunc posuerunt universi *navigiarii* eorundem sine dubio *corporum quinque* (vv. 6.7). *Navigiarii* non videntur esse diversi ab eis qui alibi dicuntur *navicularii*; *navicularius* (*quinque corporum*)

*lenunculariorum Ostiensium*) appellatur etiam Fabius Florus in inscriptione supra n. 352. Etiam *codicarii navicularii* et *quinq. corp. navigantes* qui posuerunt titulum n. 170 eidem esse videntur. — 12 in. prima quae superest littera et Q fuisse potest et O (ordo edidit Lanc.; spatium ante hanc litteram etiam septem litteris sufficeret); crediderim hunc honorem non receptum suo loco in titulum postea demum insertum esse.

4148 basis marmorea eleganter ornata (*bassorilievi figurati*) rep. una cum n. 4140. Titulus frontis totus periit rasura antiqua, superest sola inscriptio lateris.

DEDICAT · III · K · IANVAR  
Q · SERVILIO · PVIDENTE · L · FVFDIO · POLIONE · CO<sub>s</sub> sic  
II VIRIS · Q · C · NASENNIO · MARCELLO · ET · M · LOLLIUS · PAVLINO  
sperone o rostro di nave, a testa di cigno LANC.

30 Dec. 166

Lanciani *not. degli scavi* 1886 p. 57; Borsari *Mith.* 1 p. 199.

Basem dedicatam fuisse vel homini rei naviculariae dedito vel a collegio aliquo ad rem naviculariam pertinente indicat ornamentum incisum sub inscriptione lateris.

C. hic Nasennius Marcellus, duovir quinquennialis anno 166, idem videtur esse atque C. Nasennius Marcellus *curator* *p(er)p(eti)us* *oper(um)* *pub(l)icorum* dictus in titulo anni 184 (supra p. 481 ad n. 472), Nasennius Marcellus *patr(onus)* *col(oniae)* dictus in titulo anni 189 (supra n. 460), C. Nasennius C. f. Marcellus senior in titulo n. 171, quem post mortem ut videtur ei posuit liberta Nasennia Helpis, dictus et aliis honoribus functus esse et fuisse *duumvir quinquennialis* (*ter*), *curator operum publicorum et aquarum perpetuus*, denique *p(atronus)* *c(oloniae)* *Ostiensium*<sup>1)</sup>. Huius filius mihi est C. Nasennius Marcellus pontifex Volcani et aedium sacrarum notus ex n. 47. — M. Lollius Paulinus videtur esse idem qui posuit titulum n. 363.

1) Ad eundem Lancianus *notizie* 1883 p. 459 fortasse recte coniecit spectare fragmentum hoc repertum nuper in foro Romano: u/u..... | NASENI..... | OPER · PVB · .... | CN · STATILIO ..... | CN · CORNELIO ..... | L · CALPVNI..... | M · QVINTILIO ..... | C · SILIO · HERM.....

Lanciani *notizie degli scavi* 1886 p. 56; Borsari *Mith.* 1 p. 197; vidit Gatti. Inscriptionem lateris, quae iam antea patefacta erat, descripsi ipse, unde edidi supra n. 459.

Corpus curatorum navium marinorum, cuius hic Iunius Faustus fuit patronus, notum erat ex titulis n. 363 et 364 positis et ipsis patrono, et n. 409 posito quinquennali eiusdem corporis. — 9. 10 cf. *domini navium Carthaginensium ex Africa* n. 99. — 10. 11 vocabula ITEM SARDORVM postea addita sunt); pro *Sardorum* debuit esse *Sardi* vel *Sardarum*.

4145 fragmentum Ostiae rep.

pon<sup>F</sup> · VOLKa  
NI

Descripsit Gatti. Lanciani *notizie degli scavi* 1886 p. 165.

I fin. l exceptit id quod post l restat Gattius, potest igitur superesse ex k.

4146 fragmentum Ostiae rep.

A I  
?ponTIF · CER

Descripsit Gatti. Lanciani *notizie degli scavi* 1886 p. 165.

4147 cippus lapidis Tiburtini. Ostiae rep.

AQVAE DVCTVS · PER  
PP  
PP

Lanciani *notizie degli scavi* 1885 p. 530; Borsari *Mith.* 1 p. 196; recognovit Gatti.

V. 2 postea additus esse videbatur Gattio, erasmus vel eradi coepitus Borsario. *Aquae ductus per p(uteum) p(ublicum)* explicavit Lanciani.

4149 fragmentum Ostiae rep.

D E D  
S E V  
AVG · C<sub>os</sub>?

Recognovit Gatti descriptum a Lancianio *notizie degli scavi* 1886 p. 83.

4150 in pavimento operis musivi sul bordo di uno quadretto rapp. una quadriga Ostiae inter rudera aedium privatuarum (locus est in forma Lancianii *not. l. c. p. 162* signatus litt. f.) quae putantur esse L. Apulei Marcelli (cf. n. 4168).

a  
M V S C  
b  
IN · COLonia?

Lanciani *notizie degli scavi* 1886 p. 163.

4151 duo fragmenta magnae tabulae marmoreae spectantia fortasse ad inscriptionem theatri Ostiensis.

{ NVS · I } { S · S }

Recognovit Gatti descripta a Lancianio *notizie degli scavi* 1886 p. 127.